



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive  
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,  
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,  
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

**Bosschaerts, Willibrord**

**Mechliniae, 1650**

112. De donatione Susterensi facta S. Vvillibrordo à Pipino.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10958**

## De Donatione Susterensi facta S. Willibrordo à Pipino.



Ipinus recogitans illud scripturæ, Eleemosynis peccata tua redime & considerans supremum Iudicem in districto examine præsertim diuites de cura egentibus impensa interrogaturum, paulò antequam mundo cederet offert ad Eleemosynam S. Willibrordo in pago Mosariorum villam à præterfluente riuo Suestra nominatam per Plestrudem ab ingenuis coemptam, vt loquuntur in S. Willibrordo Heda & in Annalibus Belgicis Miræus ex monumentis Epternacensibus.

Per pagum Mosariorum hîc intellige regionem nobis Transmosanam, in qua & modo sunt Suestra, Sittaert, Comitatus Dalemensis, Valckenburgensis & more veterum apud quos regiones pagorum nomenclaturâ veniebant. Sic Iulius Cæsar recenset quatuor pagos Heluetiorum id est tractus seu regiunculas: sic in testamento S. Willibrordi edito à Scribanio in Antuerpia, & Miræo in Codice piarum donationum pagus Taxandriæ, pagus Rhienensis, pro dititionibus, regionibus.

Per villam accipe locum qui vulgariter nominatur pagus. Sic in eodem testamento legitur præter alias villa Alpheim, quæ & olim & nunc non nisi pagus, tribus leucis distans ab vrbe Bredanâ donatus à S. Willibrordo Epternacensibus, ab illis anno 1178. Cœnobio Tungerloensi, quod hodieque possidet. Mosarios vocat quia accolæ & vicini Mosæ fluij qui Traiectum inferius, Ru-

D d d

remundam



remundam, Venlonam & plura deinceps loca perlabitur  
vsque ad Oceanum,

Emerat Villam Suestra (haud dubie Pipino assentiente)  
Plectrudis ære proprio ab ingenuis id est liberis homini-  
bus iuxta stylum prisca cui, quo durabat vsus mancipio-  
rum, quæ cum alterius potestati prorsus subderentur,  
nec emere, nec vendere, nec testari valebant. Quare in  
antiquis diplomatibus sæpe illo epitheto (ingenuus) ex-  
primuntur personæ à quibus res validè vendi & emipo-  
terant, ac etiã essent testes, vt illo earũ habitas, capacitas  
notificarentur actioque rata declararetur. Dicta oblatio  
Pipini de Suestra peracta anno 4. Dagoberti secundi Re-  
gis Francorum & Austrasiorum id est anno 714. eodem  
nimirum quo Pipini animus relicto corpore terras  
deseruit: & quidem sexto Nonas Martij, nouem solidis  
mensibus ante eiusdem decessum; (obiit namque duode-  
cimo Decembris) iuxta Hedam, Miræum. Alij aliter.

S. Willibrordus obtenta villa mox ibidem Parthenonem e-  
rigit ad normam fere Clericorum in communi victitantium,  
quorum institutionem Pipinus affectabat. Clericis post-  
modum communitatem relinquentibus & ipsæ virgines  
in laxiora antiquum ritum demutarunt, vt modo sunt Ca-  
nonicæ nobiles S. Willibrordum suum fundatorem ag-  
noscentes.

Locus vero Suestra (hodie *Susteren*) antea pagus in  
oppidum excreuit moenibus cinctum quibus Willibror-  
diana Parthenone includitur, sub Ducatu Iuliacensi, Di-  
ocœsis Leodiensis. Ex dictis i. confirmo, quod supra ali-  
quoties est probatum, Pipinum ante mortem cum Ple-  
ctrude reconiunctum, ambos vt coniuges conuixisse.  
Quomodo enim Pipinus alienaret quod Plectrudis ab in-  
genuis suo ære coemerat? quomodo aliàs villam emisset

Plectrudis



Ple&rudis mulier misera, 20. annis abiecta?

Secundò obseruo, Pipinum circa finem vitæ cum S. Willibrordo communicasse. Vnde iterum mihi confirmatur pax & cohabitatio inter Ple&rudem & Pipinum. Non datur viris tam impijs inter Apostolicos viros communio. Non sustinuissent Willibrordus alijque probati Episcopi, quorum amans erat Pipinus, bonum Principem in foedissimo peccato obdormire. Non est cogitare eum qui tantis liberalibus expensis summoque conatu Ecclesias Christi promouebat, SS. monita durissimo corde respuisse, pertinaciter impœnitentem remansisse, à Deo miserè desertum discessisse. Melius de benigno Heroe sentire deberent; possent, si vellent. Nec puto nigrum istiusmodi theta ( in pellicatu animam exhalasse ) aliunde ab ijs affigi quam ex Pseudo-Marcellino, qui nigriori theta est dignior.

## DISSERTATIO CXIII.

De obitu S. Swiberti. Discutitur  
Marcellinus.



Vjta vulgatam sententiam admeliora transijt S. Swibertus Coepiscopus S. Willibrordi anno 717. Forfan auctor & Dux istius est Marcellinus. Audiamus eum & discutiamus:

*Redeuntibus (inquit) à Ioppilia & à Pipino gloriosis Pontificibus Agilolpho Colonienſi & Swiberto Werdensi, S. Swibertus delectat usi n Dominos uer salutarigratia à Deo per Willeicum presbyterum suum Colonia parata, salutata & licentia impetrata à pia*

Ddd 2

Matrona